





DISPUTATIO

JURIDICA

De

IMPENSIS IN  
REM ALIENAM FACTIS,  
ET QUATENUS POSSESSOR EAS  
consequi possit.

QUAM

D. O. M. A.

PRÆSIDE

*Clarissimo & Consultissimo Viro, Dn.*

SIGISMUNDO Flach, I. U. D. ET IN INCLY-  
TA ARGENTORATENSIUM ACADEMIA INSTITU-  
tionum Professore ordinario, Patrono & Præceptore  
suo obsequiosè colendo,

*Publico & Solemni examini*

*ad diem 30 Augusti horis locòq;  
solitis subicit*

GREGORIUS BICCIUS BUDISSINUS.



ARGENTORATI,

EXCUDEBAT PAULUS LEDERTZ,

Anno M. DC. XXVI.

34.

16266.

32

Liv.

de-  
egu-  
vilis  
, qui  
& ob  
, id.



NOBILISSIMAE IUVENVM TRIADI,  
*Dominis*

JOHANNI WOLFGANGO à Gerstorff/in Gudeborn / &  
Katzow/ Equiti Lusatio;

JOHANNI GEORGIO à Zedlitz;

ET

HEINRICO à Schweinitz, Equitibus Silesis,

p. t.

In florentissimâ Argentoratensium Universitate literis &  
virtutibus Equestribus operam sedulò dantibus,  
fautoribus & amicis suis omni officiorum  
genere honorandis:

Ut &

*Clarissimo, Amplissimo, & Excellentissimo Viro,*  
*Domino*

GREGORIO Mättig Budissino, Medicinæ D. Reipub. patriæ  
Senatori emerito, cognato & patrono suo animitus  
suspiciendo,

*Exercitium hoc Academicum in gratia  
mentis symbolam.*

&

*Ulteriore sui commendationem*

D. D. D.

Respondens.

## DISPUTATIONIS IURIDICAE

DE IMPENSIS IN REM ALIENAM FACTIS, ET QUATENUS  
 possessor eas consequi  
 possit,

## THESIS I.

**R**EGULA Juris est, in tractatu de acquirendo rerum dominio sæpius inculcata; Quod, in quibus propria qualitas ( hoc est, proprium corpus, more loquendi ) Jctis frequenti, ut notat Cujac. *ad l. 23. ff. de R. V. in Paulo* ) spectatur, si quid additum fuerit, id toto cedit, velut accessionis vice, totumque ejus fit, cujus antea fuit. *l. 26. §. 1. l. 27. §. ult. ff. de acq. rer. dom.*

2. Quæ regula obtinet non tantum, cum rei immobili aliquid accedit, veluti si quid in alieno fundo satum aut plantatum, *l. 7. §. ult. l. 9. l. 26. §. 2 ff. de acquir. rer. domin. l. 5. §. 3 ff. de R. V. l. 9. §. 2. ff. de damn. inf. §. 31. 32. l. de R. D. vel in alieno solo ædificatum, d. l. 7. §. 10. & seqq. l. 29. §. 2. ff. de pignor. l. 3. §. 7. ff. uti possidetis. l. 93. §. ult. ff. de solut. l. 5. C. de edific. privat. §. 29. l. de R. D. vel ædificio jam extructo impositum est. l. 28 ff. de A. R. D. l. 2. C. de R. V. Hoc enim omne, soli dominum sequitur. *dd. ll.**

3. Sed etiam cum rei mobili aliquid adjicitur, quæ itidem tanquam principalis per prævalentiam alterum ceu accessorium ad se trahit, & ejus, ad quem res principalis spectat, efficit. *d. l. 26. §. 1. d. l. 17. §. ult. l. 23. §. 2. & seqq. ff. de R. V. l. 6. pr. l. 7. §. 1 & 2 ff. ad exhibend. l. 14. 19. §. 13. l. 20. 29. §. 1. l. 32. §. 1. ff. de auro & argento leg. §. 26. l. dict. t.*

4. Et hinc dubium quidem non est, omne quod impensis possessoris rei alienæ mobili vel immobili accessit, ei ut principali cedere, & domino ejus acquiri, *arg. dd. ll. quemadmodum etiam*

A 2

nova

nova species, quæ ex alienâ materiâ impensis & operâ possessoris confecta est, domino materiæ cedit, si vel possessor malæ fidei fuerit, *l. 12. §. 3. ff. ad exhib. arg. l. 4. §. 20. ff. de usurp. vel nova species ad rudem materiam reduci possit. d. l. 7. §. 7. l. 25. 27. §. 1. ult. ff. de acq. rer. domin. §. 25. l. dict. r.*

5. Quia verò iniquum esset, domino quidem licere rem suam, unâ cum iis, quæ sumptibus possessoris in eâ facta sunt, actionibus jure domini competentibus, à quovis possessore vindicare; possessorem autem vicissim cogi, ejus quod in rem alienam impendit cum domini lucro, damnum pati, *arg. l. 38. ff. de heredit. petit. l. 14. ff. de condict. indeb. l. 17. §. 4. inf. ff. de instit. action. Ideo necesse fuit jure nostro possessori consuli, & remedia introduci, quibus possessores rei alienæ impensas, quas in eam fecerunt, à Domino recuperare possint. Quæ, quando & quomodo locum habeant, paucis hâc disputatione deinceps agemus.*

6. Ut autem hoc eò clariùs pateat, observandum est, omnes possessores rei alienæ, vel bonæ fidei esse, vel malæ fidei. *l. 1. §. 6. l. 3. §. 22. ff. de acquir. possess. & plurib. alleg. à Brissou. de V. S. lib. 2. verbo Bonæ fidei. & lib. 6. verbo Fides.*

7. Qui bonâ fide possident, iterum distinctionem recipiunt. Aut enim ex titulo acquirendi domini (vel vero, vel ex justâ causâ præsumpto. *l. 33. §. 1. ff. de usurpat. l. 11. ff. pro empt. l. 4. §. 1. l. 5. princ. & §. 1. ff. pro suo*) animo & opinione domini possident; & tùm b. f. possessores dicuntur, qui ignorant rem possessam esse alienam. *l. 3. pr. ff. ad l. Fab. de plagiar. l. 109. ff. de V. S. vel qui eam suam esse existimant. l. 48. §. 1. ff. de usurpat.*

8. Aut non possident animo & opinione domini, nec ex causâ domini acquirendi, sed sciunt rem alienam esse, eamq; voluntate domini, ex conventionem cum eo initâ, vel alio jure in re constituto possident, vel detinent.

9. Unde possessionis vel possessoris vocabulo, non in propriâ significatione nos hîc uti agnoscimus, sed in genere pro eo, qui vel animo & affectione sibi, & suo nomine possidendi, rei insistit, quod ad veram possessionem requiritur. *l. 1. §. 20. l. 18. pr. l. 49. §. 1. ff. de acq. poss. vel rem alienâ voluntate domini detinet, sive nō suo, sed*

sed alieno nomine possidet, veluti Usufructuarius, Emphyteuta, colonus, inquilinus, &c. l. 10. §. ult. ff. de acquir. rer. domin. l. ult. ff. uti possidet. l. 6. §. 2. ff. de precar. §. 4. vers. fructuarius. I. per quas person. cuique acquir. l. 2. C. de prescrip. 30. vel 40. ann. l. 33. §. 1. de usurp. l. 1. C. commun. de usucap.

10. Eos etiam ad b. f. possessores hinc referimus, qui rei possessæ domini sunt, eam tamen certis casibus alijs restituere tenentur, ac proinde jus deducendi impensas interim factas habere possunt.

11. Malæ fidei possessores sunt, qui rem alienam possident, conscij eam ad se non pertinere, & sine domini voluntate se eam possidere. l. 38. ff. de usurpat. & vel ab initio rem alienam scienter nacti sunt, sive iusto titulo, exemp. l. 13. §. 8 ff. de hered. petit. l. 33. §. 1. ff. de usurpat. l. 126. pr. ff. de R. I. sive injulto, veluti fur, raptor, l. 11. §. ult. l. 12. 13. pr. §. 1. & 2. ff. de hered. petit. vel in principio suæ possessionis bonam fidem habuerunt, sed per supervenientem rei alienæ scientiam, in m. f. constituti sunt. l. 20. §. 11. l. 25. §. 5. ff. de hered. petit. l. 37. ff. de R. V. l. 48. §. 1. ff. de acquir. rer. domin. Neque verò certa scientia rei alienæ semper necessaria est, ut quis m. f. possessor dicatur; sed sufficit justas & probabiles causas adesse, quæ dubiam opinionem & animum possessoris meritò facere possunt; cuiusmodi sunt, cum interpositâ litis contestatione, de re possessâ litigare cœpit. l. 4. §. 2. ff. fin. regund. l. 1. 2. C. de petit. hered. l. 22. C. de R. V. l. 45. ff. eod. l. 10. C. de acquir. poss. §. 2. I de offic. judic. vel etiam denuntiatione & interpellatione domini, sibi motam esse controversiam novit. l. 20. §. 11. l. 25. §. 7. ff. de hered. petit. l. 17. 18. ff. de his que ut indig. l. 10. §. 3. ff. que in fraud. cred. l. 17. C. de R. V.

12. Et hi omnes m. f. possessores in jure nostro passim prædones dicuntur. l. 31. §. 3. l. 36. §. ult. ff. de petit. hered. l. 13. ff. de noxal. action. l. 7. §. 4. ff. commun. dividun. l. 22. §. 2. ff. de pign. action. quæ prædonis appellatione nonnunquã veniant illi tantum, qui rem alienam invaserunt, cum nullam ab initio causam possidendi haberent. d. l. 11. §. ult. & ll. seqq. l. 13. §. 6. l. 25. §. 3. ff. de her. petit. d. l. 126. pr. ff. de R. I. quemadmodum aliàs in multis causis, melior est conditio ejus, qui justum initium possessionis habuit, & postea vel certò cognovit rem alienam esse. exempl. l. 25. §. ult. ff. de usufr. l. 48. §. 1.



*ff. de acquir. rer. dom. vel per litis contestationem de jure suo dubitare cœpit, exemplo l. 40. ff. d. her. petit. l. 16 20 ff. de R. V. junctâ. l. 1. C. eod. l. 57. ff. de acquir. rer. dom. l. 20. §. 12. & l. 16. l. 25. §. 8. 9. 10. ff. de petit. hared.*

13. Rem alienam hîc intelligimus, quamcunque, tam mobilem, aut se moventem, quàm immobilem. *l. 1. §. 1. ff. d. R. V. l. 1. pr. ff. de Ædilit. edicto.* Et non tantùm, quæ jam ipso actu in alterius dominio est; sed etiam, quæ licet tempore factarum impensarum in dominio possessoris sit, in eâ tamen causâ est, ut certo casu inde ad alterius dominium transitura sit: quomodo res aliena dicitur, quæ fideicommissò obnoxia est, *l. ult. §. 2. & ult. C. comm. de legat. res vendita ante traditionem. l. 21. ibi. si neglexisset ut alienum. ff. de her. vel act. vend. l. 18. §. 9. ff. de damn. infect. res dotalis. l. 7. §. 12. inf. l. 24. §. 5. ff. solut. matrim. ¶*

14. Fructus quoque rei alienæ possessæ huc referimus, cum enim illi unâ cum re ipsâ restituendi sint ab omnibus ferè possessoribus, etiam illis qui propter bonam fidem, fructus percipiendo suos faciunt. *l. 25. §. 1. ff. de usur. l. 48. pr. ff. de acquir. rer. dom. §. 35. l. de R. D. non rarò accidit, ut de impensis eorum nomine factis, quæstio oriatur. l. 36. §. ult. & l. seq. ff. de her. petit. & l. 51. pr. ff. famil. hercis.*

15. Impensarum porrò nomine comprehendimus non tantùm illud, quod ex patrimonio possessoris circa rem alienam consumtum vel impensum est: sed etiam operam & laborem, quem ipsemet possessor, ædificando fortè, vel agrum colendo in eam impendit. *fac. c. 1. X. de restit. in int. Communiter Dd. Bald. Salicet. ad l. si quis sciens. C. de R. V. Covarruv. lib. 1. var. resolut. c. 4. n. 3. Menoch. de arbitrar. jud. quest. lib. 2. cas. 258. n. 34. Hart. t. 33. Obs. 1. n. 2. Garl. tract. de expens. c. 1. n. 14. Hartm. Pistor. lib. 2. quest. 42. n. 26. vers. Sexto.*

16. Sunt verò impensarum quædam necessariæ, quædam utiles, & quædam voluptuariæ. *l. 1. pr. ff. de impens. in rem dot. al. fact.*

17. Necessariæ dicuntur, quæ habent in se impendendi necessitatem, ita ut si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura fuisset. *d. l. 1. §. 1. l. 14. ff. d. t. l. 79. pr. ff. de V. S. quarum exempla occurrunt in d. l. 1. §. 3. l. 2. 3. 4. 14. 15. 16. ff. de impens. in res dot.*



tal. l. 7. §. ult. ff. solut. matrim. l. 8. ff. de pign. act. l. 39. pr. ff. de hæred. petit.

18. Utiles sunt, quæ rem meliorem faciunt, vel ejus fructum & redditum augent. l. 5. §. ult. ff. de imp. in res dot. d. l. 79. §. 1. ff. d. V. S. aut pretium, si res promercialis sit. l. 10. ff. de imp. in res dot. al. fact. l. 3. §. 4. in f. ff. de in rem vers. l. 38. ff. de R. V. Earum exempla vid. in l. 6. 14. ff. de imp. in res dot. fact. d. l. 79. §. 1. l. ult. ff. de fund. dot. al. d. l. 39. pr. ff. de hæred. petit.

19. Voluptuariæ sunt, quæ ad voluptatem fiunt, & speciem duntaxat exornant, non etiam fructum augent. l. 7. ff. de impens. in res dot. fact. d. l. 79. §. fin. Exempla sunt in dd. ll. & l. 14. ff. de impens. in res dot. d. l. 3. §. 4. de in rem verso d. l. 39. §. 1. de hæred. petit.

20. Recuperare deniq; potest possessor impensas tribus modis; per Actionem sc: Exceptionem sive Retentionem, & Officium Judicis, quod omisâ etiam exceptione, quando judici de eâ aliunde constat, locum habet. l. 38. ult. ff. de hæred. petit. l. 48. ff. de R. V. l. 11. ff. de noxal. action.

21. His ita in genere præmissis, superest ut consideremus, quomodo ea in singulis possessorum generibus locum habeant. Et quidem in hisce expensarum controversiis, non tam facillè in universum definiiri, quid eo nomine à possessoribus deduci debeat, quàm ex variis diversisq; negotiorum circumstantiis, per singula æstimari potest. l. penult. in f. ff. de impens. in res dot. fact. Unde etiam Judicis arbitrio non parum hîc tribuendum est: qui ex boni & innocentis viri (quo fungi debet. l. 4. §. 1. ff. fam. hercisc.) officio, rem ita temperabit, ne qua nimia in alterutro litigantium captio versetur. l. 38. ff. de R. V. l. 22. in f. ff. de pign. action.

22. Cæterum, ut quod generaliter obtinere videtur, paucis proponamus, & primò in b. f. possessoribus, qui opinione domini possident; Jure nostro cõstitutum est, ut illi, sumptus fructuum quærendorum, cogendorum, & conservandorum causâ factos deducere possint. l. 36. §. ult. ff. de hæred. petit.

23. Non tantùm cum fructus ab iis percepti, sumptuum summam excedunt: tum enim fructus perceptos, cum impensis eorum nomine factis compensare. fac. l. 4. ult. §. ult. ff. de operis serv. l. 51. pr. ff. famil. hercisc. l. 46. ff. de usuris l. 7. pr. ff. solut. matrim. l. 8a

du-  
un-  
8. 9.  
mo-  
. pr.  
do-  
n in  
e ad  
quæ  
res  
f. de  
inf.  
cum  
ello-  
suos  
35. l.  
quæ-  
fa-  
non  
nam  
nem  
im-  
. ad  
Me-  
1. n.  
2. n.  
dam  
fact.  
i ne-  
r fu-  
mpla  
do-  
tal.



l. 1. C. de fruct. & lit. expens. & quod reliquum est restituere debent; in iudicio universali quidem hereditatis petitionis, non solum extantes, sed etiam b. f. consumptos, quatenus ex iis locupletiores facti sunt. l. 20. §. 6. v. usque eò duntaxat. l. 23. pr. & §. 1. l. 25. §. 11. 15. l. 30. 40. §. 1. ff. de hered. petit. l. 1. C. eod. In iudicio singulari verò Rei vindicationis extantes tantum: consumpti enim eorum lucro cedunt. l. 22. C. de R. V. l. 4. §. 2. ff. fin. regund. l. 1. §. 2. ff. de pignor. §. 35. l. de R. D. §. 2. l. de Offic. Iud.

24. Sed etiam cum fructus, vel omninò nulli percepti sunt, vel minores, quàm sumptus eorum causà facti, vel postquam à solo separati sunt, casu quodam perierunt; nam & hìc b. f. possessor sumptus consequitur, omnes quidem indistinctè in hereditatis petitione. l. 37. ff. de hered. petit. in iudicio singulari verò eos tantum, qui licet fructuum perceptionem potissimum respiciant, nihilominus ad conservandam ipsam rem, speciemq; ejus necessariae sunt. fac. l. ult. ff. de impens. in res dotal. & allegat. inf. th. seq.

L. 27. §. 3. ff. de R. V.

25. Sumptus itidem in rem ipsam factos, necessarios & utiles b. f. possessores deducunt. l. 38. ff. de hered. petit. l. 38. 48. ff. de R. V. l. 33. ff. de condict. indeb. l. 11. C. de R. V. Non tantum si id quod sumptibus hisce in re alienà factum est adhuc extat, sed etiam cum periit. Et hoc quoad necessarias impensas, tam in vindicatione rerum singularium, quàm in hereditatis petitione obtinere videtur. l. 38. ff. de hered. petit. junctà. l. 27. §. 3. ff. de R. V. quò fac. l. 8. pr. ff. de pign. actio. l. 3. §. 8. ff. de in rem verso. l. 4. ff. de impens. in res dotal. l. 47. §. 1. ff. de solut.

26. Secus quàm in utilibus, quas possessor conventus rei vindicatione eatenus tantum deducere potest, quatenus inde res tempore restitutionis melior & pretiosior est, etiam si majores impensae in eam factae sint. l. 38. ibi. usque eò duntaxat. l. 48. ff. de R. V. ut vicissim restitutione sumptuum contentus esse cogitur, licet aestimatio meliorationis, eorum quantitatem longè excedat. d. l. 38. excepto casu th. 41. quavis in hereditatis petitione sumptus in rem hereditariam utiliter facti, etiam si perierint, b. f. possessori restituendi sint. d. l. 38. de hered. petit.

27. Quemadmodum etiam, si res in quam impensae necessariae & utiles factae sunt, omninò periit, in hereditatis petitione quidem

quidem possessor, eas nihilominus retentione aliarum rerum ex eadem hereditate consequitur. *d. l. 38.* In actione verò in rem speciali, à quâ rei interitu b. f. possessor liberatus est, utraq; amittit, tum quia nullum ei ad eas detrahendas remedium competit. *fac. trad. th. 33. & seqq.* tum etiam, quia res perempta non potest dici melior vel pretiosior esse. *th. preced.*

28. Quod verò de R. Vindicat. dictum est, eodem modo obtinet, si b. f. possessor actione hypothecariâ conventus, possessione rei pigneratæ cedere cogitur. *l. 29. §. penult. in f. ff. de pignor.* quo casu frustra quæritur, an possessor creditorem hypothecariâ agentem excludere possit, oblatione pretij, quo res pignerata æstimata fuerat, tum cum hypotheca constituta est; an verò æstimationem præsentis temporis, quo res sumptibus possessoris melior facta est, offerre necesse habeat: cum creditorem non nisi integro debito oblato removeri posse constet, *ex l. 66. pr. ff. de evict. l. 16. §. 3. ff. de pignor. l. 2. C. si unus ex plur. her. cred. quò facit d. l. 16. pr. §. 2. d. l. 29. §. 2. ff. de pignor. l. 21. ff. de pign. act.*

29. Ita verò jus est b. f. possessoribus impensas hæc deducendi, ut dominus rem suam petens non liberetur, etsi eas tollendi facultatem præstare paratus sit: sed ut id quod necessariò aut utiliter erogatum est, & quatenus res melior est, possessori, ut dictum, reddere cogatur. *dd. ll. à quâ tamen regulâ judici nonnunquam recedere, & ex circumstantiis variè constituere licet. d. l. 38. ff. de R. V. & sup. thes. 21.*

30. Quid enim si dominus rem, in quam impensæ factæ sunt, possessori derelinquere paratus sit? Non permittet reo retentione aliarum rerum ex eadem forte hereditate expensas sibi servare. *exempl. & arg l. 48. pr. l. 64. ff. de usuf. l. 7. ff. de aq. & aq. plur. arcen. l. 23. §. 8. l. 31. pr. ff. de Ædil. ed.*

31. Eodem modo si possessor magnos sumptus utiliter fecit, quibus res petita domino gravis ad recuperandum efficitur, contentum eum esse jubebit eo, quod dominus commodè solvere. *fac. l. 25. ff. de pignor. act. vel quod possessor sine status prioris læsione tollere potest, l. 27. §. 5. l. 38. ff. de R. V. exempl. l. 10. §. 1. vers. quid enim. ff. de negot. gest. l. 43. in f. ff. de act. emt. l. 8. ff. de imp. in res dot. fact.* Quod si nihil tolli possit, nihil etiam possessor consequetur, nisi dominus eadem factururus, vel rem protinus distracturus, aut sciens impensas

B

in rem



in rem suam à b. f. possessore fieri passus sit. l. 29. 30. 38. ff. de R. V. l. 5. §. 2. ff. de dol. except.

32. Quamvis aliàs & regulariter in sumptibus à b. f. possessore detrahendis non inter sit, an impensæ à re tolli vel separari possint, an secus. l. 43. vers. de sumptibus. l. 45. §. 1. ff. de act. empt. l. 4. §. 9. ff. de dol. except. l. 11. C. de R. V. l. 1. C. de infant. expos.

33. Plura autem remedia b. f. possessori sumptuum nomine competunt. Si enim rem possidet, certum est, eum oppositâ doli exceptione, vel eâ omisâ officio Judicis consequi, ut sibi rem tam diu retinere liceat, quoad dominus sumptus in rem factos reddat. d. l. 38. ff. de hered. petit. l. 23. §. 4. l. 27. §. ult. l. 48. ff. de R. V. l. 33. ff. de condict. indeb. l. 7. §. 12. ff. de acquir. rer. dom. l. 14. ff. de dol. except. §. 30. l. de R. D. l. 11. & 16. C. de R. V.

34. Et hæc exceptio tam in rei vindicatione, quàm in hereditatis petitione, non tantum ab initio litis, sed etiam postea in quâcunq; judicij parte opponi potest, utpote quæ judiciis b. f. ipso jure inest, in arbitrariis verò officio judicis suppletur. fac. l. 3. §. ult. ff. naut. caup. stab. & plur. alleg. sup. th. 20.

35. Quin etsi in judicio omissa sit, post sententiam ad differendam executionem rei judicatæ rectè opponitur, & intra certum tempus arbitrio judicis definitum expeditur. fac. l. 5. C. de hered. petit. exemplo aliarum exceptionum, quæ post sententiâ, quam non directò oppugnant, objici possunt. l. 17. §. fin. ff. solut. matr. l. 41. §. ult. ff. de Re jud. l. 41. §. 1. ff. de fidei. l. 2. C. de compensation.

36. Et hæc quidem obtinent, si causa impensarum manifesta & liquida sit, aut facilè probari possit. fac. l. 4. §. ult. C. de compens. Quod si altiorem indaginem requirat, tum si ab initio litis fuerit opposita, etiam si de actoris jure constet, lis tamen suo ordine decurrit, donec vicissim reus objectam exceptionem probaverit, fac. l. 8. 18. ff. de compens. l. 6. 11. C. eod. l. 1. §. ult. ff. quæ sentent. sin. appellat. Objecta verò sub finem litis, & cum sententia imminet, aut post sententiam in executione, æquum est actori rem restitui oblatâ cautione de solvendis impensis, quas reus se justè erogasse probaturus sit. fac. d. l. ult. C. de compens. & sim. in l. 5. 34. §. ult. ff. de statulib. & tradit. post al. à se allegat. Menoch. de recup. possess. remed. 15. n. 572. Schrad. 9. part. pri. part. 2. sect. 2. n. 33. junct. n. 31. & 32. Hartm. Pistor. d. quæst. 42. n. 32. Elbert. Leonin. Emendat. lib.

A. cap.

4. cap. 4. num. 46. & seq. Garf. de expens. cap. 6. num. 15. & seqq.

37. Hâc autem exceptione non solum possessor, qui ipse sumptus fecit, vel cujus contemplatione ab alio facti sunt, exemplo l. 9. §. 1. ff. ad SC. Maced. uti potest: sed etiam ejus successores universales & particulares, veluti qui ex empto aut donato rem ab eo acceperunt. l. 14. §. 1. ff. comm. divid. quo casu id quod emptor eo nomine consecutus est, cum venditore de evictione ab eo convento compensare, & eò minus consequi debet. exempl. l. 23. pr. §. 9. ff. de Edil. edict.

38. Quod si verò non sit in possessione rei in quam sumptus facti sunt, nulla quidem directò ad impensas consequendas actio jure nostro prodita esse videtur. l. 48. ff. de R. V. l. 33. ff. de condict. indeb. l. 14. vers. hoc casu. ff. commun. divid. l. 14. ff. de dol. except. l. 21. ff. ad SC. Trebell.

39. Si tamen rem petitam per errorem adversario non servatis impensis restituit, condictioe incerti agere potest, quâ possessionem recipiat, & receptam retineat, donec ei sumptus à domino redditi fuerint. l. 40. §. 1. ff. de condict. indeb. l. 19. in f. ff. de don. inter vir. l. 60. de leg. 1. l. 21. ff. ad SCtum Trebell. quò fac l. 15. §. 1. l. 40. pr. ff. de condict. indeb. l. 2. ff. de condict. trit. l. 3. §. 7. ff. de pec. cum simil. nisi forsan hoc casu vitandi circuitus causâ, condictioem impensarum, omisâ condictioe possessionis, rectâ viâ dandam esse non improbabiler quis dixerit. exempl. l. 53. ff. de condict. indeb.

40. Quid si b. f. possessor alio modo possessionem amisit, ut condictio indebiti locum non habeat? Hic juris auxilio ad repetendas impensas destitui videtur; nec æquitatis (ne sc. adversarius cum ejus jacturâ locupletior fiat. l. 14. ff. de condict. indeb.) ob quam doli exceptio introducta esse dicitur, in l. 38. ff. de hered. petit. & l. 48. ff. de R. V. eò usq; rationem habendam putarunt Juris conditores, ut ei viâ actionis succurrerent. per all. sup. th. 38. quanquam hâc æquitatis ratione moti Dd, modò utilem negotiorum gestorum; modò condictioem in quantum dominus cum damno possessoris locupletior factus est b. f. possessori concedant, ut videre est apud Garf. d. tract. de expens. c. 7. n. 2. & seqq. Valasc. Iur. Emphyt. quest. 25. n. 25. Gilken. de impens. part. 2. c. 4. n. 3. & seqq. Gœdd. in comment. ad tit. de V. S. ad l. 79. pr. d. t. n. 7. 8. 9. & alios.

41. Quamvis autem b. f. possessori hoc casu adversus dominum nulla ad repetendas expensas actio detur, aliis tamen modis

nonnunquam illi consulitur. Ei enim qui b.f. rem emit, & in eam aliquid impendit, eâ postea à domino evictâ, actione ex empto à venditore præstandæ sunt <sup>impensæ</sup> (non tamen ultra duplum pretij. l. 44. ff. de act. empt.) & quantum melior res per eas tempore evictionis fuit, etiâ si melioratio expensas multum excedat. l. 43. vers. de sumptibus. l. 45. §. 1. ff. de act. empt. l. 9. C. de evict. l. 8. 15. 16. l. 66. §. ult. l. 70. ff. de evict. modò emptori à venditore ignorante rem alienam esse, culpa imputari nequeat, quod vel exceptionem doli, (quâ dominum rem non oblatis impensis petentem summovere potuit. l. 29. §. 2. ff. de pignor. l. 16. C. de evict.) omiserit. d. l. 45. §. 1. vel amisâ possessione fecerit, quò minus eâ uti posset. l. 29. ff. de eviction.

42. Idem etiam in aliis, quibus ob rem evictam actio ad id quod interest competit, locum habet. l. 66. §. ult. ff. de Evict. l. 14. C. fam. herc. In eo verò, qui rem ex donatione possidet, non obtinet. l. 48. ff. de R. V. nisi quatenus auctorem suum de evictione convenire potest, exemplo l. 18. §. ult. ff. de donat. l. 2. C. de evict.

43. Quin & ejus nomine, quod b.f. possessor rei alienæ tanquam principali adjecit, amisâ possessione actio ad exhibendum, & rei vindicatio competit. Si enim rei principali mobili aliquid accessit, veluti scypho ansa, annulo gemma, navi tabula, tum quidem, quam diu ei cohæret, rei vindicatio non datur. l. 23. §. 5. ff. de R. V. l. 6. 7. pr. §. 1. & 2. ff. ad exhibend. & plur. alleg. sup. th. 3. Sed agi potest ad exhibendum ad hoc ut separaretur, & separatim vindicaretur. dd. ll. modo nulla alia causa intervenerit, ob quam nec ad separandum id, quod adjectum est, nec ad separatim restituendum agi possit. d. l. 23. §. 5. vers. dicit enim. §. 26. l. de R. D.

44. Si verò possessor ex suâ materiâ novum ædificium in solo alieno extruxit, vel ædificium extructum refecit, tum dissoluto ædificio à domino solum vel ædificium suum possidente, materiam vindicare potest. l. 7. §. 12. ff. de acquir. rer. dom. §. 30. l. de R. D. utpote cujus dominus etiam stante ædificio permansit. d. l. 7. §. 10. 11. l. 23. §. penult. & ult. ff. de R. V. §. 29. l. de R. D. quò fac. l. 23. pr. l. 30. §. 1. ff. de usurpat. modò dominij mutandi nulla alia causa accesserit. d. l. 7. §. 7. §. 25. l. de R. D. cum simil.

45. Nec tamen propterea stante ædificio rei vindicatio vel actio ad exhibendum locū habere videtur, l. 59. ff. de R. V. l. 15. pr. ff. de usuf. l. 19. §. 4. ff. locati. l. 2. C. de R. V. junct. §. 29. l. de R. D. l. 23. §. 5. ff. de R. V. l. 7. §. 10.

l. 7. §. 10. ff. de acquir. rer. dom. l. 1. ff. de tign. junct. modò id quod  
ædificatum est, ita solo vel ædificio alieno implicatum sit, ut non  
permaneret mobile; hoc enim stante ædificio vindicari potest. fac.  
d. l. 30. §. 1. ff. de usurp. l. 60. ff. de acquir. rer. dom. l. 49. pr. ff. de R. V.  
l. 18. ff. de act. empt.

46. Arbores verò vel vites in alieno agro plantatæ, post-  
quam radices in eo egerunt, nec ut evellantur peti, nec erutæ à prio-  
ri domino vindicari possunt. l. 26. §. 2. ff. de acq. rer. domin.

47. Voluptuarias porrò impensas possessor aliter in here-  
ditatis petitione, aliter in rei vindicatione servare potest. Illic enim  
æstimationem illarum, ( si extent, fac. l. 25. §. 12. & duob. seqq. ff. de  
hered. petit ) consequitur. l. 39. §. 1. ff. de hered. petit. Hic verò fa-  
cultatè tātūm tollendi ejus, quod sine læsione status prioris, vel sine  
injuriâ rei possessæ auferri potest. l. 3. §. 4. ff. de in rem verso. l. 32.  
§. 5. ff. de adm. tutor. sic tamen ut Domino damni infecti caveat, ne  
in aliquo, dum aufert, deteriorem causam ædium faciat; sed ut pri-  
stinâ iis faciem (hoc est, quæ fuit ante factos sumptus) reddat, d. l. 19.  
§. 4. ff. locati d. l. 32. §. 5. ff. de administ. tutor.

48. Cessat autem hæc facultas tollendi, si Dominus offerat  
æstimationem ejus, quod possessor rebus ablatis habiturus est, l. 38.  
inf. ff. de R. V. l. 9. ff. de impens. in res dotal. aut ea, quæ in re alienâ  
voluptatis causâ facta sunt, separationem non recipiant, & ablata  
possessori non sint profutura; hæc enim Domino nullis refuis im-  
pensis relinquendâ sunt. d. l. 9.

49. Quemadmodum vicissim si res petita promercalis sit,  
& ob impensas voluptuarias majoris vendi, permutari, locari ve pos-  
sit, vel aliâ utilitatè hæc impensa conjunctâ habeat, aut forsitan do-  
minus ipse eam factururus fuisset, tum quatenus pretium vel merces  
augetur, aut aliâs res melior & pretiosior est, possessori à domino  
præstari oportet, d. l. 38. quò fac. l. 3. §. 4. ff. de in rem verso. l. 10. §. 10. ff.  
mand. l. 13. §. 1. ff. de serv. prædior. urb. l. 40. in pr. ff. de damn. inf.

50. Et hæc tam in ædificiis urbanis, quàm rusticis obtinere  
videntur, dd. ll. quamvis si in civitate aliquid ædificatum sit, cujus  
destructio ad dedecus Reipub. vergit, id magistratus deponi vix per-  
missurus sit, arg. l. 2. inf. C. de adif. privat.

51. Eadem verò remedia, quæ ad impensas necessarias & u-  
tiles

B 3



tilis competunt, exceptionis doli scilicet, condictionis, rei vindicationis, *sup. th. 33. & seqq.* in voluptuariis etiam locum habere videntur, *per alleg. in dd. thes.*

52. Tandem in genere de quibusvis impensis à bonæ fidei possessore in rem alienam factis observandum: Quod fructus ex re petita etiam ante litem contestatam à b. f. possessore percepti & consumpti (qui aliàs in iudicio singulari ejus lucro cedunt. *sup. th. 23*) cum sumptibus in eam factis compensentur: qui, si fructuum summam excedant, admittunt compensationem, superfluum tantum sumptum dominus restituere cogitur, *l. 51. pr. ff. de hered. petit. l. 48. 65. princ. ff. de R. V. l. 42. §. 1. ff. sol. matrim. l. 38. §. 2. ff. de leg. 2. l. 15. C. de R. V. l. 16. C. de Evict.*

53. Quomodo autem fructuum computatio facienda sit, dubium est, an secundum antiquum rei statum, an verò secundum præsentem, quo res impensis possessoris melior facta, majores etiam fructus profert: veluti, cum ante factas impensas 20. annua ex fundo percipi potuerunt, postea verò impensis possessoris reditus auctus est, ut 40. inde perciperentur, utrum 20. annua tantum, an verò 40. fructuum nomine cum impensis pensanda sint? Probabilius videtur omnes fructus, qui ex re sumptibus possessoris meliore facta, ultra antiquum proventum percepti sunt, cum impensis compensandos esse: *fac. l. 31. 32. ubi glossa l. 38. vers. & si plus pretio. l. 48. ibi, meliore prædio. ff. de R. V.*

54. Hic tamen bonus iudex ex causæ circumstantiis variè constituet, ne dominus restitutione sumptuum, aut possessor imputatione fructuum nimium oneretur, & vel præter pecuniam in rem alienam erogatam, usuras quoque cum fructibus compensari jubebit, *exempl. l. 65 pr. de R. V.* vel eatenus tantum fructus imputabit, quatenus possessor ex iis locupletior factus est, *exempl. l. 51. pr. ff. de hered. pet. &c.* Et hæc de primo genere b. f. possessorum.

55. Sequuntur illi, qui scientes rem alienam b. f. possident, *supr. th. 8.* Cum autem horum plures sint species, quàm ut de singulis hic agi possit, de iis pauca dicemus, in quibus de impensis quæstio frequentius moveri solet.

56. Et quidem impensæ fructuum causâ factæ à possessoribus



foribus hisce regulariter deducuntur iis casibus, quibus fructus domino relinquendi sunt, per allegat. *supr. th. 22. & 23.*

57. Unde cum illi, qui fructus perceptos vel cum re ipsa restituere coguntur, ut depositarius, commodatarius, &c. *l. 38. §. 10. ff. de usur.* vel sorti imputare, ut creditor, *l. 2. 3. ult. C. de pignor. act. l. ult. C. de part. pign. l. 17. C. de distr. pign.* sumptus fructuum causâ fecerunt, eos non tantum exceptione doli, vel retentione rei possessæ, & fructuum inde perceptorum, sed etiam actionibus contrariis ex contractu competentibus consequi possunt, etiam si fructus vel nulli percepti sint, vel percepti sine possessorum dolo aut culpâ perierint, *l. 18. §. 2. ult. ff. commod. l. 8. pr. ff. de pign. act. l. 15. §. 2. l. 59. ff. de furt. l. 7. Cod. de pigner. act. l. 6. Cod. de pignor.*

58. Eâdem ratione Usufructuarius finito usufructu, fructibus nondum ab eo, vel ejus nomine ab alio perceptis, sive à solo separatis (quo casu fructus non ad fructuarium vel ejus heredem, sed ad dominum proprietatis pertinent. *fac. l. 12. §. 5. l. 13. ff. quib. mod. ususf. amit. l. 25. §. 1. ff. de usur. l. 8. ff. de ann. leg. §. 36. l. de R. D.*) sumptus fructuum causâ factos servare potest, *arg. l. 7. Cod. de usufr. & plur. alleg. supr. th. 56.*

59. Colonus verò qui nummis vel certâ mercede aut pensione colit. *l. 25. §. 6. ff. loc. l. 22. ff. de pact. dotal. l. 26. §. 1. ff. de furt. quâquam fructus non faciat suos, nisi ipse eos percipiat, l. 60. §. 5. ff. locati. d. l. 26. §. 1. l. 52. §. 8. l. 61. §. 8. ff. de furt. d. §. 36. l. de R. D.* & propterea finitâ locatione fructibus forsan adhuc pendentibus, (quod fieri potest *exempl. l. 4. 20. 54. §. 1. l. 61. pr. ff. locati. l. 3. & ibi Gothofr. C. eod.*) jus percipiendi fructus finitum videatur, *exempl. th. preced.* quia tamen ex conventionem vel contractu fructus ipsi à domino debentur, etiam si ipse eos non perceperit, *fac. d. l. 60. §. 5. d. l. 52. §. 8.* ideo magis est ut eum finitâ locatione, fructus pro ratâ temporis, quo eo anno locatio constitit, actione ~~locati~~ <sup>conductæ</sup> à Domino exigere posse dicamus: *exempl. l. 26. ff. de usufr. l. 9. §. 1. ff. locat. l. 5. 6. 7. §. 1. & seqq. ff. solut. matrim. l. 18. §. ult. ff. de stip. serv.* Quemadmodum vicissim colonus domino ad mercedem pro portione temporis solvendam tenetur, *d. l. 9. §. 1.* Pro hac verò parte fructuum, quam colonus consequitur, sumptus etiam ipse ferre cogitur, *fac. l. 15.*

l. 19. §. 7. l. 25. §. 3. ff. locat. At pro reliquâ parte, quæ penes dominum manet, impensas fructuum causâ factas, eum domino imputare posse probabile est, d. l. 51. pr. ff. fam. ercisc. &c. cum sim. alleg. supr. thes. 23.

60. Idem multò magis in Colono partiario obtinet, qui ex causâ societatis (quæ ipso jure domini communionem introducit, l. 1. §. 1. ff. pro socio) fructus cum domino in commune quærit, l. 52. §. 2. ff. pro socio. l. 25. §. 6. ff. locat. eos verò, quos nondum percepit, finitâ societate, actione pro socio vel ipse vel hæres ejus, à domino, deductis tamen impensis eo nomine factis, consequitur, l. 38. §. 1. l. 63. §. 8. l. 65. §. 2. 9. ff. pro socio. l. 3. Cod. eod. l. 38. §. 9. ff. de usur. Et contra si nulli fructus ex fundo provenerint, impensas fructuum causâ factas, pro sua parte perdit. fac. d. l. 25. §. 6. ff. locat.

61. An verò durante societate Colonus partiarius, partem fructuum de quâ convenit, non deductis impensis præstare teneatur? Neg. placet: arg. d. l. 25. §. 6. & d. l. 51. pr. ff. fam. ercisc. cum sim. nisi aliud vel à partibus actum sit, vel in eâ regione, ubi contractus initus est, usu frequentetur. fac. l. 3. ff. de Reb. Cred. l. 34. ff. de Reg. Jur.

62. In Emphyteutâ verò hîc distinguendum est, utrum ob culpam ejus (alienationem puta irrequisito Domino factam, vel cessationem ultra biennium vel triennium in solvendo canone, &c. l. 2. 3. C. de jure emphyt. N. 7. c. 3. §. 2. N. 120. c. 8.) an ob aliam causam, veluti mortem emphyteutæ, & deficientem hæredem in emphyteusi succedentem, emphyteusis finita sit. Illo casu, quia rem emphyteuticam, nullâ emponematum vel meliorationum concessâ repetitione, domino restituere cogitur, l. 2. C. de jure emphyt. N. 7. c. 3. §. 2. N. 120. c. 8. (quod etiam in casu quo propter alienationem irrequisito domino factam, emphyteuta jure suo cecidit, communiter receptum est, ut post al. trad. Jul. Clar. §. Emphyteusis. quest. 45. Corb. de Jur. Emphyt. c. 14. ampliatur. 50. 51. Valasc. de jure Emphyt. quest. 20. n. 2. Ant. Fab. C. de jure Emphyt. definit. 24. Gail. 2. obs. 121. n. 15. &c.) consequens videtur, eum quoque impensas fructuum causâ factas amittere, quò fac. alleg. inf. th. 64.

63. Hoc autem casu (Emphyteusis sine culpâ finitæ) eadem quæ supr. th. 59. de Colono dicta sunt, obtinent; cum Emphyteuta quoque

quoque ex contractu cum Domino inito, partem fructuum pro rata temporis consequatur; quin etiam plus juris in acquirendis fructibus habeat, quam colonus nummis colens. *l. 25. §. 1. inf. ff. de usur. junctâ. d. thes. 59. & ibid. alleg. ut post Bart. Socin. in l. divortio (aliàs l. fructus. 7. §. 1.) ff. sol. matrimon. Cujac. ad libr. 4. Feudor. t. 30. (aliàs 2. Feud. t. 28. §. His consequenter) multis persequitur. Hartm. Pistoris lib. 1. quest. 24. num. 26. & seqq. Schrad. part. 9. part. 2. sect. 3. num. 87.*

64. Eadem distinctio in Vasallo observanda est. Licet enim feudo ob culpam ejus commissio, omnes fructus pèdentes cum re ipsâ ad dominum perveniant. Schrad. *tr. de Feud. part. 9. part. 2. sect. 3. n. 25. & seqq.* Hartm. Pist. *d. q. 24. n. 53.* Rosenthal. *de Feud. c. 10 conclus. 42. n. 32. 33. 71.* Vult. *de Feud. lib. 1. c. 11. n. 155.* Vasallus tamen impensas fructuum causâ factas deducere nequit; quia omnes meliorationes & impensas eum, exemplo emphyteutæ, amittere, communiter receptum est. *per alleg. th. 89. vid. Schrad. d. part. 9. part. 2. sect. 3. n. 44.* Rosenthal. *d. conclus. 42. n. 66. & seq.*

65. Si verò feudum sine culpâ Vasalli domino aperiatur, aut Vasallus relictis heredibus feudi incapacibus decesserit, tum heredes ejus allodiales, feudum domino vel agnatis, aliisve heredibus in feudo succedentibus restituentes, fructus nondum perceptos consequuntur, vel restituere coguntur, juxta dispositionem *cap. 1. §. his consequenter. pr. Hic finitur lex. 2. F. 28 & cap. 1. an agnat. vel fil. def. 2. F. 45.* cõmuni Dd. opinione & consuetudine receptam, ut testatur Wutms. *t. 51. obs. 22.* Schrad. *d. tr. de Feud. part. 7. c. 3. n. 12. & dict. part. 9. part. 2. sect. 2. n. 145. & d. sect. 3. n. 46. & seqq.* Hartm. Pist. *d. q. 24. n. 43. & seqq.* Rosenth. *d. concl. 42. n. 35. & seqq.* Vult. *d. cap. 11. n. 118. & seqq.* & proinde sumptus in fructus factos servare possunt illis casibus, quibus fructus feudi ad dominum vel agnatos, aliisve heredes feudi capaces perveniunt. Schrad. *d. c. 3. n. 14. d. sect. 2. n. 145. & seq. & d. sect. 3. n. 75. 95.* Hartm. Pist. *d. q. 24. n. 72. & lib. 2. q. 42. n. 28.* Rosenth. *d. concl. 42. n. 66.* Vult. *d. c. 11. n. 135.*

66. Illi deniq; possessores, qui rei possessæ ad tempus domini sunt, *sup. th. 10.* sumptus fructuum causâ factos deducunt. Cujusmodi est emptor qui rem sub pacto in diem additionis, vel legis commissoriæ: *exempl. l. 1. 2. 4. §. 3. ff. de in diem addict. l. 1. 5. ff. de L. commiss.*

C

aut

aut de retrovendendo, l. 2. 7. C. de pact. inter empt. l. 12. ff. de praescript. verb. vel ita emit, ut propter immodicam læsionem rescissioni contractus ex l. 2. 8. C. de rescind. vendit. vel propter vitium rei, actioni redhibitoria ex Aedilitio edicto locus sit. t. t. ff. de Aedilit. edict.

67. Et quidē duobus prioribus casibus fructus ex re emptā perceptos, emptor acquirit & suos facit, d. l. 2. 4. §. 3. l. 6. princ. §. 1. ff. de in diem addict. l. 5. ff. de L. commiss. meliore verò allatā conditione, vel pretio non soluto, & ita conditione, sub quā contractus resolvendus erat, existente, conventus rei vindicatione vel actione ex empto, l. ult. ff. de L. commiss. l. 3. 4. C. de pact. int. empt. venditori non tantū fructus pendentes, sed etiam perceptos restituere, dd. ll. & hic vicissim emptori sumtus in fructus factos refundere cogitur. fac. l. 16. ff. de in diem addict.

68. Idem est in Emptore, cui venditor actione redhibitoria condemnatur. Nam & hic omnes fructus ex re emptā perceptos restituit, & vicissim pretium cum usuris & impensis recipit. l. 1. pr. l. 23. §. 9. l. 29. §. 2. l. 31. §. pen. ff. de Aedil. edicto.

69. Rescisa autem emptione propter enormem læsionem, emptor fructus ( tanquam ex re propria jure dominii ) perceptos retinet, arg. l. 25. pr. ff. de usur. l. 6. ff. de acquir. rer. dom. §. 18. l. de R. D. & cum sumptibus eo nomine factis merito compensat: pendentes verò unā cum re ipsā ( nisi id quod justo pretio deest, supplere maluerit ) restituere cogitur, fac. l. 44. ff. de R. V. deductis tamen impensis fructuum causā factis. per allegat. th. 23.

70. Hoc etiam eo casu, quo venditor vel ejus hæres, rem venditam oblato pretio ab emptore redimere cupit, obtinet. fac. d. l. 2. C. de pact. inter emptor. d. l. 44. ff. de R. V. quanquam tunc fructus inter primum venditorem & emptorem pro ratā anni dividendos esse, exempl. thes. 59. 60. 63. & 71. communiori Dd. opinione approbatum & receptum esse tradunt Tiraq. de retract. convent. §. 5. gloss. 4. num. 5. 9. 10. Covarruv. var. resolut. lib. 1. c. 15. n. 6. Hart. Pist. d. quest. 24. n. 12.

71. Huc pertinet quoque maritus, qui constante matrimonio rerum dotalium dominus est, l. 7. §. ult. & ll. seqq. l. 75. ff. de jure dot. l. 23. Cod. eod. §. 40. l. de R. D. pr. l. quib. alien. lic. Dissoluto verò matrimonio eas uxori vel heredi ejus ( nonnunquam etiam aliis.

li. u.

*l.un. §. 13. 14. C. de rei uxor. act. & pass. t. ff. & C. sol. matr.) restituere cogitur, d. l. un. & dd. tt. quo casu fructus ejus anni, quo matrimonium dissolvitur, tam percepti, quam pendentes pro numero mensium, quo eo anno matrimonium stetit, inter maritum & uxorem eorumve heredes dividendi sunt, l. 5. 6. 7. §. 1. & seqq. §. 15. l. 8. §. 1. l. II. 31. §. ult. ff. sol. matrim. l. 78. §. 2. vers. divortio. ff. de iur. dot. l. un. §. 9. C. de rei uxor. act. deductis tamen prius impensis in eos à marito factis. d. l. 7. pr. & §. ult.*

72. Quod si impensæ fructuum summam excedant, damnū erogati sumptus inter maritum & uxorem partiendum est, ita ut illud uterque ferat pro parte fructuum, quæ ( si fructus percipi potuissent ) ad eum pervenisset: quamvis aliàs si integro anno matrimonium durasset, maritus nullas impensas fructuum causâ factas deduceret. *d. l. 7. §. ultim. l. 2. 3. princip. l. ultim. ff. de imp. in res dotal. N.*

73. Heres etiam ante lapsum diei, vel conditionis eventum, aut agnitionē legatarii vel fideicommissarii, rei legatæ vel per fideicommissum relictæ dominus est. *l. 5. pr. §. 1. l. 7. pr. §. 1. l. 21. pr. ff. quando dies legator. l. un. §. 7. C. de caduc. toll. & plerumque fructus ante moram perceptos retinet, l. 23 ff. de leg. 1. l. 3. princ. §. 2. 3. ff. de usur. l. 1. 4. Cod. usur. & fruct. legator. nonnunquam tamen eos legatario seu fideicommissario restituere tenetur, vid. Coll. Iur. Arg. lib. 22. tit. 1. th. 38. quibus casibus sumptus fructuum causâ factos ab eodem deduci posse probabile est. d. l. 51. pr. ff. fam. ercis. cum simil. Et hæc de impensis fructuum causâ factis.*

74. Quæ verò in rem ipsam fiunt necessariae aut utiles, non minus hujus generis b. f. possessoribus à Domino præstandæ sunt. Et hoc de Creditore, Depositario, Commodatario &c. ( quorum *supr. th. 8. mentio facta est* ) traditur in *l. 8. 25. ff. de pign. act. l. 7. in f. C. eod. l. 6. C. de pign. l. 23. ff. depos. l. 18. §. 2. l. 22. ff. commod. quò fac. l. 27. §. 4. l. 50. §. ult. ff. mand. Estq; bonæ fidei, quæ in hisce contractibus potissimum locum habet, maximè congruum, *fac. l. 10. §. 3. ff. mand. dummodo in impensis faciendis bonâ fide versentur, & negotiū domini utiliter gerat, ita ut probabiliter dominus ipse eas factururus fuisset: fac. d. l. 25. pr. ff. de pign. act. l. 2. 10 §. 1. l. 27. pr. l. 47. ff. de negot. gest. l. 2. 10. 11. 13. ult. C. eod. l. 12. ff. de in rem vers.**

C 2 Quo



75. Quo casu etiam si res ipsa, vel id quod melior facta est perierit, dominus nihilominus impensas refundere tenetur, *d. l. 18. §. ult. ff. commod. d. l. 8. ff. de pign. act. fac. d. l. 50. §. ult. ff. mand. d. l. 10. §. 1. l. 22. ff. de negot. gest. l. 31. ff. fam. ercisc. l. 3. §. 2. l. 5. pr. §. 2. 3. l. 12. ff. de in rem verso, junct. l. 3. §. 7. 8. 10. l. 17. ff. eod. t.*

76. Secus quàm si Dominus sumptibus hisce nimium oneretur, qui forsitan mediocrium facultatum, re suâ propter sumptuum magnitudinem carere necesse habet, dum eos aliunde solvere non potest; tum enim iudex ex bono & æquo dispiciet, quantum possessori impensarum nomine præstari debeat. *d. l. 10. §. 1. ff. de neg. gest. d. l. 25. §. 1. ff. de pign. act.*

77. Quemadmodum etiam si possessor impensas fecit, quas dominum non facturum fuisse, verisimile est, id tantum consequetur, quod restempore restitutionis melior vel pretiosior est; & proinde si vel res ipsa, vel melioratio casu quodam perierit, nihil ei impensarum nomine præstabitur. *fac. l. 11. ff. de neg. gest.*

78. Et hæc quæ diximus ad majores impensas pertinet: modica enim, impendia ad possessorem, qui commodum ex re possessâ percipit, pertinere verius est. *d. l. 18. §. 2. ff. commod.*

79. In usufructuario idem obtinet, tum quoad impensas necessarias, *l. 10. 22. ff. de damn. inf. l. 7. C. de usufr.* quas ultra debitum modum ad perpetuam rei utilitatem expendit. *d. l. 7. cum præsertim dominum cogere possit, ut de suo ejusmodi impensas ipse faciat, d. l. 10. 22. (modicum verò sumptum, ut & alia quædam onera usufructuarius agnoscere, nec domino reputare debet, l. 7. §. 2. 3. l. 27. §. 3. l. 45. 48. pr. l. 50. ff. de usufr. d. l. 7. C. eod. l. 28. ff. de usufr. leg. fac. l. 13. ff. de impens. in rem dot. Vid. Garl. de expens. c. 11. n. 12. & seqq. Castillo. de usufr. c. 56. n. 4. & seqq. quo etiam dolo vel levi culpâ omisso, ex cautione ab usufructuarius præstari solitâ, domino tenebitur, fac. l. 9. pr. l. 13. pr. ff. de usufr. l. 1. pr. §. 3. §. & seqq. l. 2. ff. usufruct. quem caveat.)*

80. Tum quoad utiles, *fac. l. 27. §. ultim. ff. de noxal. act. junct. l. 39. princ. ff. de hered. petit. l. 27. §. ultim. vers. idem est. ff. de R. V. quas usufructuarius jure suo facere, & eo modo proprietatem meliorare potest: exempl. l. 13. §. 4. 5. 7. ff. de usufr.* Ita tamen, ut eatenus tantum eas consequatur, quatenus res tempore restitutionis melior est: cum non alterius negotii gerendi causâ, sed proprio

44.  
prio nomine, & ut re fructuariâ eò melius frui possit, ejusmodi im-  
pendia ab eo fieri videantur, quò faciunt *alleg. in thes.* 26.

81. Alij verò sumptus, quos usufructuarius in re, cujus usum fru-  
ctû habet non licitè impendit, *exempl. l. 7. §. 3. l. 8. l. 13. §. 8. l. 44. 61. ff. de  
usufr. l. 10. §. 4. ff. quibus mod. ususf. amitt.* domino nō imputantur: nec  
usufructuario propriâ auctoritate inædificata tollere aut refigere  
conceditur. *l. 15. pr. ff. de usufr. quò fac. l. 59. ff. de R. V.* Sed oppositâ  
doli exceptione id tantum consequitur, ut dominus ei facultatem  
præstet tollendi id, quod sine læsione status prioris tolli potest. *exē-  
plo l. 19. §. 4. ff. locat.* Ita Cujac. *lib. 10. obs. 4.* Gilken. *de impens. part.  
1. c. 1. n. 27.* alij aliter. *Vid. Castill. de usufr. c. 33. n. 12. & seqq. Garl.  
de expens. c. 11. n. 28.*

82. Unde constat, Usufructuarium hâc in parte eodem fe-  
rè cum m. f. possessore loco haberi: nec immeritò, cum sibi maximè  
imputare debeat, quod lege obfistente ejusmodi sumptus fecerit.  
In eo tamen m. f. possessore potior est, quod dissoluto ædificio ma-  
teriæ, quæ superest, vindicandæ facultatem habet. *d. l. 15. pr. ff. de u-  
sufr. junct. th. 115.*

83. Colonius porrò & inquilinus necessarias impensas (etiâ  
modicas) in ædes aut fundum conductum factas domino rectè im-  
putant. *l. 58. §. 1. ff. locat. l. 1. §. 3. ff. de via publ. & si quid. cum &  
dominum actione conducti ad eas faciendas compellere possint. l.  
15. §. 1. l. 19. §. 5. ff. locat. & vicissim ipsi actione locati teneantur, si  
dolo & culpâ eorum omissis hisce impensis, res conducta corrupta  
sit. l. 11. §. 2. l. 25. §. 3. ff. d. t.*

84. Quod si utiles impensas in rem conductam fecerint, illos  
non minùs deducere possunt. *l. 55. §. 1. l. 61. pr. ff. locat.* Si tamen do-  
minus illis se gravatum dicat, nec eas aliunde solvere possit, aut hæ  
forsan impensæ ad coloni vel inquilini potiùs, quàm rei conductæ  
utilitatem pertineant, permittitur conductori, ut eas sine status  
prioris læsione tollat, *l. 19. §. 4. ff. locat. exempl. l. 38. ff. de R. V.* vel  
à domino quodcumque separatas vindicet. *l. 59. ff. de R. V.* *Vid.  
Cujac. d. obs. 14. & ad d. l. 59. ff. de R. V. in Julian.* Gilken. *d. c. 1. n. 27.*  
Valasc. *d. quæst. 25. n. 38.*

85. Neque hîc quicquam interessè videtur, utrum ad modi-  
cum, an verò ad longum tempus domus vel fundus conductus sit:  
ut nec, culpâ conductoris, *exempl. l. 54. §. 1. ff. locat. l. 3. C. eod. vel*  
C 3 sine

sine ejus culpâ locatio finita sit. *exempl. d. l. 3. 8. l. 33. C. d. t. utroque enim casu conductor utiles impensas consequitur. d. l. 61. pr. ff. locat.*

86. Illud interest, utrum à Domino, an verò ab alio, qui jure à Domino concessio rem possidet, veluti Usufructuario, Emphyteuta, sciens conduxerit: tum enim finito usufructu vel emphyteusi, impensas ab Usufructuario vel Emphyteutâ non consequitur. *l. 9. §. 1. ff. locati. quò facit. l. 31. §. 1. ff. de pignor.*

87. Quin autem partiarius colonus eodem modo impensas tam utiles, quàm necessarias à socio repetere possit, argumento est *l. 52. §. 4. 10. 12. 15. l. 60. §. 1. l. 67. §. 2. ff. pro soc. l. 10. §. 9. ff. mand.*

88. In Emphyteutâ spectandum est, utrum ob culpam, an verò sine culpâ Emphyteusis finita sit. Hoc enim casu impensas necessarias & utiles deducit, dummodo ad perpetuam prædij utilitatem pertineant, nec modicæ sint, *exempl. l. 3. 12. 13. ff. de impens. in res dot fact. (modici enim sumptus ad onus Emphyteutæ pertinent, ut & alia plura, de quibus vide Valasc. de jure Emphyt. quest. 17. quest. 25. n. 8. 12. & seqq. quest. 26. & c.)* & denique præter naturam contractus & citra pactum, solius Emphyteutæ voluntate factæ sint. Quæ enim ex naturâ contractus, vel conventionem contrahentium fiunt, eas Emphyteuta, Jure Emphyteutico etiam sine culpâ finito, non consequitur. *fac. l. 55. §. 1. ibi, cum id non convenisset, l. 6. pr. ibi, cum lege locationis, & c. ff. locat. Valasc. d. quest. 25. num. 1. 12. Fachin. lib. 1. contr. 92.*

89. Altero verò casu, Emphyteusis ob culpam domino commissæ, omnes impensas tam necessarias, quàm utiles, & vel ex naturâ contractus, aut pacto, vel alio modo factas, Emphyteutâ unâ cum jure Emphyteutico amittit, nec dominus eo nomine illi quicquam præstare cogitur. *l. 2. C. de jur. Emphyt. Auth. qui rem. C. de SS. Eccles. N. 7. c. 3. §. 2. N. 120. c. 8. Schrad. d. sect. 2. n. 15. Hartm. Pistor. lib. 2. quest. 42. num. 29. Rosenthal. tr. de feud. c. 10. concl. 43. n. 5. 7. & seqq.*

90. Et hæc ita obtinent, cum canon ab Emphyteutâ præstari solitus, fructibus qui ex prædio Emphyteutico cõmuniter percipiuntur multò minor est. An verò idè statuendum, cum canon fructibus correspondet? Hæc in parte nullius quidem distinctionis mentionem fieri depræhendimus, in illis juris nostri locis, ubi de jure Emphy-



phyteutico agitur, t. ff. si ager vectigal. & C. de Iur. Emphyt. quò fas. N. 7. c. 3. §. 1. N. 120. c. 1. pr. §. 2. junct. c. 8. Nec inter Dd. satis de eâ convenire, patet ex traditis à Gail, lib. 2. observ. 23. num. 24. & duob. seqq. Corbul. de Iure Emphyt. c. 15. Ampl. 12. n. 1. & seqq. Gilken. de imp. part. 2. c. 9. n. 21. & seqq. quanquam non pauci eam tanquam æquitati consentaneam omninò admittendam esse putant, Jul. Clar. sentent. lib. 4. §. Emphyt. n. 8. Valasc. d. quæst. 25. n. 31. Gail. d. l.

91. Eadem distinctio (de qua sup. th. 88.) in Vasallo observatur: feudo enim propter culpam, feloniam forte, aut aliam causam amisso, omne quod rei feudali à Vasallo adjectum est, ita ut non per se subsistat, vel per se censeatur. cap. 1. §. è contrario. de invest. de re al. 2. F. 8. unà cum re ipsâ domino cedit: nec vasallo impensarum nomine quicquam præstari necesse est. exempl. l. 2. C. de Iur. Emphyt. communiter Dd. alleg. à Schrad. d. sect. 2. num. 15. & seqq. Hartm. Pistor. d. quæst. 42. n. 27. & seqq. Obrecht. de jur. feud. lib. 3. c. 7. n. 7. & seqq. Vult. lib. 1. de feud. c. 11. n. 156. Rosenthal. d. conclus. 43. n. 5. 7. & seqq.

92. Si verò feudum sine culpâ Vasalli domino aperitur, sumptus necessarios ad rei perpetuam (quæ sc. non ad præsens tantum apta, sed etiam post rei restitutionem duratura est. l. 3. ff. de imp. in res dot.) utilitatem non modicè factos, Vasallus omnimodò recipit. Communiter Dd. in loc. th. præced. alleg.

93. In utilibus ita obtinet, ut illud quidem quod sumptibus & facto vasalli rei feudali accessit, eam sequatur, & ad dominum transeat. d. c. 1. §. è contrario. qui vicissim aut pretium meliorationis solvere, aut (quod in arbitrio domini est) pati debet, ut Vasallus tollat, quod adjectum est. cap. 1. §. si vasallus. Hic finitur Lex. c. 2. F. 28.

94. Hæc tamen electio domini, multis modis restringitur, & ad eos ferè casus coarctatur, quibus ea Jure civili Domino adversus alios b. f. possessores, qui scientes in rem alienam sumptus faciunt, concessa est: veluti cum sumptus illi dominum nimium oneraturi sunt, nec vel ipse eos factururus, vel rem feudalem, feudo aperto, venditurus est. exempl. d. l. 38. ff. de R. V. l. 25. ff. d. pigner. act. Quin & si meliorationes auferri nequeant, vel ablatae nulli usui Vasallo ejusve heredibus futuræ sint, optionem hanc domino non concedi,

concedi, commun tradunt Dd. sup. alleg. Schrad. d. sect. 2. n. 96. 97.  
Hartm. Pist. d. quest. 42. n. 9. Rosenth. d. conclus. 43. n. 157. & seqq.  
Vult. d. c. 11. n. 141.

95. Quomodo autem pretium meliorationum definiendum sit, diversæ sunt Dd. opiniones. Quarum ea, quæ juri civili (ex quo hæc in re jus feudale merito explicationem recipit, arg. c. 1. pr. de Feud. cognit. 2. F. 1.) magis convenit, probabilior videtur: ut sc. iis casibus quibus electionem domino concedi dictum est, Vasallus non ædificij, sed ejus tantum, quod dissoluto ædificio à Vasallo tolli posset æstimatione consequatur. fac. d. l. 38. f. ff. de R. V. d. l. 25. in f. ff. de pign. act. l. 9. ff. de imp. in res dot. l. 43. §. 1. ff. de leg. 1. Hartm. Pist. d. quest. 42. n. 14. & seq. Fachin. d. lib. 7. c. 65. Quando verò electio domino non datur, eatenus impensas vasallo reddere cogatur, quatenus res tempore feudi aperti melior est, exempl. d. l. 38. & sup. th. 80. Si sc. impensæ pretio meliorationis majores sunt; sin minores, id tantum quod impensum est præstetur, dd. ll. Vid. Schrad. d. sect. 2. n. 92. & seqq. Hartm. Pist. d. quest. 42. n. 16. & seqq. Obrecht. d. c. 7. n. 12. 17. & seqq. Vult. d. c. 11. n. 148. Rosenth. d. conclus. 43. n. 143. & seqq. Et hæc etiam locum habent, cum heredes allodiales, vel creditores defuncti ad feudi restitutionem à successoribus feudalibus compelluntur. fac. d. cap. 1. §. è contrario. de invest. de re al. 2. F. 8. & commun. Dd. sup. alleg.

96. Denique ut ad eos possessores, qui rei possessæ domini sunt, revertamur; necessarias & utiles impensas deducit primò Emptor, qui rem sub pacto de retrovendendo emptam, venditori ejusve heredi, conventum pretium debito modo offerenti, restituit. arg. & exempl. l. 39. §. 1. ff. de minor. l. 16. f. C. de prad. min. fin. decr. non al. c. 1. X. de in int. restit. Quod etiam in aliis obtinet, qui rem jure retractus à lege, vel consuetudine, aut conventionem quæsito, restituere coguntur. Const. Frid. de jur. προτιμής. §. Verum si intra. Tiraq. de retract. convent. §. 7. gl. 1. n. 3. & seqq. Gail. lib. 2. obs. 19. n. 9.

97. Quemadmodum emptor quoque necessarias & utiles impensas consequitur, si emptio per actionem redhibitoriam ex dicto Edilium, l. 21. §. 2. l. 23. §. 1. 8. l. 27. l. 29. §. ult. l. 30. ff. de Edil. edict. vel remedium l. 2. C. de rescind. vendit. fac. alleg. th. preced. Vid. Pinell. part. 2. l. 2. C. de resc. vend. c. 3. n. 1. & seqq. & al. alleg. in Coll.

*in Coll. l. A. lib. 19. tit. 7. th. 13. n. 8. vel existente conditione in diem ad-  
 dictionis, aut legis commissoria rescissa aut resoluta sit. l. 16. ff. de in  
 diem addict. Si tamen iudex deprehenderit, ejusmodi impensas in  
 fraudem domini factas esse, ut forsitan re majoris pretij facta, novus  
 Emptor magnitudine pretij absterreatur, venditorem ad earum pre-  
 stationem non condemnabit, sed potius emptorem facultate tollen-  
 di ejus, quod posuit, jubebit contentum esse: In caeteris quoque  
 casibus ita constituet, ne venditor rem ab emptore recepturus resti-  
 tutione sumptuum nimium oneretur. fac. l. 10. §. 1. ff. de neg. gest. l.  
 38. ff. de R. V. l. 22. ff. de pign. act. l. 3. §. 4. ff. de in rem vers. l. 8. ff. de  
 impens. in res dot. fact. l. 79. §. 1. ff. de V. S. Vid. Tiraq. d. gl. 1. n. 5.*

98. Tum maritus sumptus necessarios, ad perpetuam rei  
 utilitatem factos, nisi modici sint, mulieri dotem repetenti re-  
 ctè imputat, l. 3. §. 1. l. 12. 13. 15. ult. ff. de impens. in res dot. fact.  
 l. 7. §. ult. ff. solut. matrim. etiamsi res cujus causâ facti sunt peri-  
 erit. l. 4. ff. de impens. in res dot. fact. Utiles verò tum demum, si vel  
 mulieris voluntate eas impenderit, vel mulier eas aliunde solve-  
 re possit. l. ult. ff. de fund. dotal. l. 7. §. 13. ff. sol. matr. l. 8. ff. de im-  
 pens. in res dot. l. 79. §. 1. ff. de V. S. Secus enim, quod fundo dotali  
 impositum est, sine læsione prioris status detrahare potest. fac. dd. ll.

99. Eadem in herede, quoad sumptus in rem legatam aut  
 per fideicommissum relictam, necessario vel utiliter factos proce-  
 dunt, l. 48. pr. ff. de usufr. l. 40. §. 1. ff. de condict. ind. l. 58. & seqq. ff.  
 de leg. 1. l. 22. §. 3. ff. ad SCtum Treb. Quæ tamen ad rem sanctam te-  
 ctamq; (eo statu, quo testator eam reliquit, fac. l. 65. §. 1. ff. de u-  
 sufr. l. 45. §. 1. in f. l. 69. §. 3. l. 116. §. ult. ff. de leg. 1.) conservandam  
 heres, die forsitan aut conditione, sub quâ legatum relictum erat  
 pendente, impendit, ea legatario aut fideicommissario imputare ne-  
 quit, l. 61. ff. de leg. 1. cum & commodum rei legatae interim perci-  
 piat, l. 83. pr. ff. de leg. 3. l. 58. pr. §. 7. ff. ad SC. Treb. & plur. all. sup.  
 th. 73. & alios sumptus facere cogatur, ut legatarius rem relictam  
 secundum voluntatem testatoris consequatur. exemplo l. 39. pr. §. 5.  
 l. 47. pr. ff. de leg. 1.

100. In deducendis autem sumptibus utilibus hîc repeten-  
 da sunt, quæ sup. th. 41. dicuntur, de b. f. possessoribus, qui opinio-  
 ne

D

99.  
 eqq.  
 nien-  
 i (ex  
 . pr.  
 t sc.  
 allus  
 tolli  
 ff. de  
 uast.  
 nino  
 s res  
 Si sc.  
 tum  
 seqq.  
 seqq.  
 hæc  
 fun-  
 llun-  
 mun.  
 mini  
 Em-  
 ejus-  
 arg.  
 non  
 jure  
 , re-  
 . Ti-  
 . n. 9.  
 utiles  
 exe-  
 Edil.  
 aced.  
 alleg.  
 Coll.



ne domini possident. Nam & illi b. f. possessores, qui vel ex contra-  
ctu, vel jure in re constituto rem alienam possident, vel rei posses-  
sæ ad tempus domini sunt, id tantum, quanti res tempore restitu-  
tionis melior est, etiamsi expensæ majores sint; vel è diverso im-  
pensas tantum, non æstimationem meliorationis ( si ea sum-  
ptus excedit ) deducere possunt, *argum. & exemplo d. l. 39. §. 1. ff. de  
minor. cap. 1. X. de in int. restitut. Vid. Tiraquel. d. §. 7. gloss. 1. num.  
8. Schrad. d. sect. 2. num. 100. Hartm. Pistor. d. quest. 42. num. 16.  
& seqq. Obrecht. d. c. 7. n. 18. Fachin. lib. 7. contr. c. 93. Rosenthal.  
d. conclus. 43. n. 88. & seqq. vid. tamen th. 75.*

101. Eodem modo, quæ de voluptuariis impensis *sup. th. 47.  
& seq.* dicta sunt, hîc quoq; locum habent, *fac. l. 27. pr. ff. de neg. gest.  
l. 3. §. 4. ff. de in rem vers. l. 10. §. 10. ff. mand. l. 9. ff. de impens. in rem  
dot. fact. l. 32. §. 5. ff. de admin. tut.* Quæ tamen maritus in rem do-  
talem voluptuariò impendit, quamvis voluntate uxoris, earum æ-  
stimationem non consequitur, sed id tantum ut ea tollere possit. *l.  
11. ff. de impens. in rem dot. l. un. §. 5. v. fin. C. de rei uxor. act.*

102. Superest ut de remediis agamus, quibus hi b. f. posses-  
sores impensas consequi possunt. Et si quidè rem possident, eadem  
remedia, de quibus *sup. th. 33. & seq.* dictum est, illis proculdubio  
competunt, quò *fac. l. 20. ff. de acquir. poss. l. 12. in f. ff. de vi & vi  
arm. l. 15. §. 2. l. 59 ff. de furt.* Si verò possessionem amiserunt, tum  
illi, qui rem ex contractu ultrò citròq; obligatorio possidebant, im-  
pensas necessarias, utiles, & voluptuarias, eo quo dictum est modo  
actione ex contractu, veluti commodati, depositi, pigneratitiâ con-  
trariis &c. repetere possunt, *per alleg. sup. th. 74.*

103. Quâ ratione etiam Emphyteutæ ad impensas repeten-  
das actio ex contractu Emphyteutis, *argum. l. 19. §. 4. l. 55. §. 1. l. 61.  
pr. ff. locat. l. 6. 13. §. 22 l. 38. §. 1. ff. de act. empt. l. 16. C. eod. junct. §.  
3. l. de loc & conduct. l. 1. C. de jur. Emphyt. Vid. Valasc. d. quest. 25.  
num. 25. & Vasallo actio ex feudo sive contractu feudi, (quæ condi-  
ctio ex moribus à Dd. commun. vocatur, *Vid. Schrad. d. part. 2.  
part. 9. sect. 9. n. 34. & seqq. Rosenthal. d. tract. Jur. feud. c. 12. concl.  
II. n. 12. & seqq. Vult. de Feud. lib. 2. c. 1. n. 12.*) competere videtur,  
ut ex Afflict. *ad d. c. 1. §. si Vasallus. Hîc si. Lex,* tradit Valasc. *d. quest.**

25. n. 25.

25. n. 25. Schrad, d. sect. 2. n. 75, circ. med. Rosenthal. d. concl. 43. n.  
107. 115. junct. d. c. 12. conclus. 11. n. 16.

104. Quemadmodum & Emptor, qui contractu, existente  
conditione vel aliam ob causam, resolutio aut rescisso, rem venditori  
ejusve heredi non servatis impensis restituit, eadem actione ex em-  
pto ab eo exigere potest. *fac. l. 16. ff. de in di. add. d. l. 13. §. 22. d. l. 38.*  
*§. 1. ff. de act. empt. d. l. 16. C. eod.*

105. Alij verò quibus nulla ex contractu actio competit,  
veluti Usufructuarius, maritus, heres, &c. si possessionem rei non  
receptis impensis amiserint, eodem remedio, de quo *sup. th. 39.* di-  
ctum est, indemnitati suæ consulere possunt. *l. 40. §. 1. ff. de con-*  
*dict. indeb. l. 60. ff. de leg. 1. l. 21. ff. ad SCtum Trebell.* quin & non-  
nunquam, si alieno nomine sumptus illos fecerint, tanquam alte-  
rius negotium gerentes actionem negotiorum gestorum ad eos re-  
petendos habent. *fac. l. 2. 10. §. 1. l. 25. 31. in f. l. 45. pr. ff. de neg.*  
*gest. l. 10. 11. 14. C. eod. l. 14. §. 1. ff. comm. divid. l. 5. ibi: non eorum ne-*  
*gotium. C. de R. V.*

106. Et hinc marito earum impensarum nomine, quæ uti-  
liter in rem dotalem erogatae sunt, actio negotiorum gestorum con-  
ceditur, *l. ult. pr. ff. de fund. dot. l. 7. §. 1. ff. de impens. in res dot. l.*  
*un. §. 5. vers. sed nec impensas. C. de rei uxor. act.* Ut & voluptuariarum  
exactionem maritus habet, cum ei mulier facultatem eas tollendi  
præstare recusat. *l. 9. ff. de impens. in res dot. d. l. un. §. 5. v. ult.* Impen-  
sas denique necessarias maritus certi conditione de indebito solu-  
to repetere potest. *l. 5. §. penult. ff. de impens. in res dot. fact. l. 30.*  
*pr. ff. de act. empt. §. 37. l. de action.* Quando autem rei vindi-  
catio possessoribus hisce competat, ex ijs quæ *sup. th. 43.* dicta sunt,  
intelligi potest.

107. Neque tamen ea quæ de aliis b. f. possessoribus. *supr.*  
*th. 52.* traduntur, in illis possessoribus, qui rem alienam bonâ fi-  
de scienter possident, indistinctè locum habent. Qui enim ex  
contractu, vel jure in re constituto fructus pleno jure acquirunt,  
veluti Usufructuarius, Emphyteuta, Vasallus, Colonus, maritus  
in re dotali, heres pendente conditione vel die, emptor rescisso con-  
tractu, propter enormen læsionem, vel re ex pacto retrovendi-  
tâ, &c. non tenentur eos cum impensis compensare, eo casu, quo

eadem à domino repetendi jus habent: nisi titulus vel jus, quo fructus interim percepti sunt, ita rescindatur, ut omnia quasi in integrum restituenda sint, ac si retrò ab initio nullius momenti fuisset. *exempl. l. 39. 40. §. 1. ff. de minor. l. 16. ff. de in di. addict. l. 23. §. 1. 7. ff. de Ædil. edict. c. ad nostram. X. de reb. Eccles. al. Vid. Tiraq. d. gl. 1. §. 7. n. 4. Covarruv. lib. 1. var. resolut. c. 8. num. 4. in f. Valasc. d. quest. 25. n. 29. Castill. de usufr. c. 57. n. ult. Boer. decis. 42. n. 20. 25. 26. Schrad. d. sect. 2. n. 29. Garl. de expens. c. 23. n. 57. 58. Et hæc de b. f. possessoribus.*

108. Ut autem quid in malæ fidei possessoribus hæc in parte obtinet paucis attingamus; sciendum est, eos sumptus fructuum causâ factos non minus quàm b. f. possessores semper deducere, & cum fructibus compensare, *l. 36. §. ult. ff. de her. pet. l. 51. pr. ff. fam. hercisc. cum simil.* Siquidem fructus impensis eorum producti extant. Si enim nulli fructus percepti sunt, vel percepti perierunt, nihil sumptuum nomine consequuntur. *fac. l. 37. ff. de hered. petit.* Et hoc etiam in fure, aut violento invasore locum habere videtur, ut impensas in fructus factas eodem modo deducere possit. *fac. l. sup. allegat.*

109. Sumptus porrò in rem ipsam facti, & primò quidem necessarij, m. f. possessoribus præstandi sunt, sive iudicio particulari sive universali conveniantur, & illud quod sumptibus hisce factum est à re separari possit, vel non possit: neq; hîc possessor contentus esse cogitur, etiam si dominus paratus sit pati tollentem ea, quæ imposita sunt. *l. 38. ff. de hered. petit. l. 10. §. 20. ff. que in fraud. credit. l. 5. C. de R. V.* Ita tamen si & res, & sumptus in eam facti adhuc extant: alterutro enim perempto sumptuum repetitio cessat. *d. l. 38.*

110. Utiles deinde m. f. possessor non eodem modo consequitur. Sed in hereditatis petitione, eo jure, quo b. f. possessor rei vindicatione conventus, gaudet, & sumptus deducit; non aliter tamen, quàm si res tempore restitutionis melior sit. *d. l. 38. in f. ff. de hered. petit.* In rei vindicatione verò non id, quod impendit, quamvis res melior & pretiosior sit, sed facultatem tantùm consequitur tollendi ea, quæ illius impensis rei petitiæ adjecta sunt, & sine prioris status læsione ab eâ separari possunt, *l. 37. ff. de R. V. l. 5. in f. C. eod.*

C. eod. Quod si separari nequeant, nihil eo nomine dominus possessori præstare cogitur. *dd. ll. l. 27. §. ult. l. 38. ff. de R. V.*

111. Quæ verò in rei vindicatione de utilibus impensis dicta sunt, ea etiam in voluptuariis in eodem iudicio particulari, non minus, quàm in hereditatis petitione obtinent: quod sc. m. f. possessori in utrâque actione licentia permittatur, sine læsione prioris status rei auferre ea, quæ voluptatis causâ facta sunt. *l. 39. §. ult. ff. de petit. hered. l. 38. vers. constituimus. ff. de R. V.*

112. Consequitur autem m. f. possessor impensas eo, quo dictum est, modo, per retentionem, vel exceptionem doli, oppositam domino, qui rem suam vindicat, nec impensas, aut facultatem tollendi id, quod rei suæ adjectum est, & ei adhuc cohæret præstare paratus est, *fac. l. 2. §. 5. l. 12. ff. de dol. except. vel omisâ exceptione per officium iudicis. l. 38. ff. de hered. petit.*

113. Hujus verò exceptionis pro diversitate expensarum, diversi quoque effectus sunt: nonnunquam enim facit, ut omne quod impensum est refundi oporteat: quandoq; præstat tantum licentiam tollendi, quod in alieno positum est. Unde etiam non rarò huic facultati tollendi doli exceptio, (ea sc. quâ possessor impensas omnimodò consequitur) opponi, *exempl. l. 37. ff. de R. V. vel omninò denegari solet, §. 30. l. de R. D. l. 7. §. 12. ff. de acq. rer. dom. quò fac. l. 5. C. de adif. priv.*

114. Et hisce duobus remediis tantum m. f. possessori ratione impensarum consulitur, Quæ cum ei soli, qui rem petitam tempore restitutionis possidet, competere possint, consequens est, eum qui possessionem vel suâ sponte restituit, vel casu quodam amittit, nullam actionem habere, quâ vel directò vel per obliquum à domino impensas consequi possit, *d. l. 7. §. 12. d. §. 30. §. 33. l. dict. t. quia tùm juris interpretatione sciens ac volens, & animo donandi impensas in rem alienam factas alienasse videtur, dd. ll. fac. l. 27. §. 25. ff. ad L. Aquil. l. 14. ff. de donat.*

115. Quæ præsumptio donationis etiam facit, ut, quamvis aliàs matéria, ædificio dissoluto, ad pristinum dominum redeat, sive bonâ sive malâ fide ædificium extructum sit, *l. 2. C. de R. V. quò fac. th. 82. hoc tamè casu, quo ædificans non est in possessione, dissoluto ædificio materiam vindicare nequeat, d. l. 7. §. 12. d. §. 30. l. de R. D. fac. d. l. 2. C. de R. V. l. 14. ff. de donat.*

D 3

Quod



116. Quod si tamen m. f. possessor non suo nomine & tanquam in rem propriam, sed tanquam alterius negotium gerens sumptus fecerit; actione negotiorum gestorum, in quantum dominus locupletior factus est consequi poterit. *d. l. 5. C. de R. V. l. 6. §. 3. ff. de negot. gest. quò fac. l. 5. C. de edific. privat.*

117. Hæc tamen non in omni m. f. possessore, eodem modo, ut dicta sunt, obtinent. Fur enim cum in perpetuam moram sit, & continuatam contrectatione quotidie furtum faciat, *l. 67. §. 2. ff. de furt. & ad æstimationem rei, quanti unquam, etiam propriam furis impensam & operam, plurimi fuit teneatur, d. l. 67. §. 2. l. 52. §. 14. ff. de furt. l. 13. l. 14. §. ult. in f. ff. de condict. furt. nullos sumptus deducere posse videtur, fac. dd. ll.* Quod ipsum etiam, quoad sumptuum amissionem, ad violentum in valorem rei immobilis non improbabiler quidam transferunt; utpote qui non minus in perpetuam moram est, *l. pen. ff. de vi & vi arm. & exemplo furis, in aliis quoque deterioris conditionis est, quam reliqui m. f. possessores. fac. l. ult. ff. de condict. furt. l. 1. §. 34. 35. l. 15. 19. ff. de vi & vi arm. l. 46. ff. de furt. cum l. 15. §. ult. ff. de R. V. & simil.*

118. E contra Vir, quamvis rei ab uxore, & vicissim hæc ab illo, donata m. f. possessor sit, *l. 13. §. 1. ff. de her. petit. l. 19. pr. l. 57. ff. de acquir. rer. dom. l. 16. ff. de acquir. poss. impensam tamen necessarium vel utiliter in rem donatam factam non secus ac b. f. possessor consequitur, l. 31. §. 2. ff. de donat. int. vir. l. 27. §. ult. ff. de R. V. oppositam doli exceptionem, l. 10. ff. de dol. except. quanto melior res donata facta est, l. 1. §. ult. ff. de pignor. & hypoth. compensatis tamen fructibus, quos ex ea re percepit, d. l. 1. §. ult. quin & actionem eo nomine habere videtur, quò fac. l. 63 ff. de donat. int. vir. maxime cum præsumpta donatio (de qua supr. thes. 114. & seq.) hic nullum effectum sortiatur, fac. tit. ff. de donat. int. vir. quemadmodum & in aliis causis, velut usurarum & fructuum perceptione. *l. 15. §. 1. l. 16. l. 17. pr. l. 7. §. 3. ff. d. t. l. 45. ff. de usur. novæ speciei confectione, l. 29. §. ult. ff. de donat. int. vir. junct. l. 12. §. 3. ff. ad exhib. & c. melior ejus conditio est, quam aliorum m. f. possessorum, vid. C. I. A. lib. 24. tit. 1. thes. 9.**

119. An verò is, qui per denuntiationem domini, vel litis contestationem de jure suo dubitare cœpit, hæc in parte etiam m. f. possessoris



possessoris loco haberi debeat; arbitrio iudicis potius, quam certâ definitione constituendum videtur. Ut sc. iudex dispiciat, an iustam causam litigandi possessor habuerit, & ita impenderit, ut rem potius eum conservare & meliorare, quàm adversarium gravare voluisse appareat; neque ei imputari possit, quod in rem, quam facile iudicio sibi evinci posse scivit, temerè impensas fecerit, quò *fac. l. 40. pr. ff. de hered. petit. l. 21. §. 3. ff. de appell. l. 38. ff. de iur. fisc. & plur. sup. thes. 12.*

120. Denique, de eo etiam dubitari solet, qui rem non quidem actu alienam, sed restitutioni obnoxiam, veluti legatam aut per fideicommissum relictam, sciens ab herede emit; Utrum impensas in eam factas omninò amittat, an verò & quatenus eas deducere possit? Et si quidem rem purè, vel sub certo die relictam sciens emerit, in sumptibus ejus causâ factis, deducendis, eum prom. f. possessore haberi; si verò sub conditione vel sub incertâ die relictum sit legatum vel fideicommissum, eodem jure, quo heres, *sup. thes. 99* eum uti; neutro verò casu impensas vel meliorationes omninò & indistinctè amittere verius videtur. *fac. l. ult. §. 2. 3. Cod. commun. de legat. Vid. Molin. in consuet. Paris. tit. I. §. I. gl. 5.*

*n. 83. Menoch. de recup. poss rem. 15. n. 507. & seq.*

*Garf. de expens. c. 7. n. 9.*

F I N I S



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

F I N I S




Strassberg, Diss., 1623-26

X2617020

VDMA







DISPUTATIO  
JURIDICA

De

IMPENSIS IN  
REM ALIENAM FACTIS,  
ET QUATENUS POSSESSOR EAS  
consequi possit.

QUAM

D. O. M. A.

PRÆSIDE

*Clarissimo & Consaltissimo Viro, Dn.*

SIGISMUNDO Flach, I. U. D. ET IN INCLY-  
TA ARGENTORATENSIVM ACADEMIA INSTITU-  
tionum Professore ordinario, Patrono & Præceptore  
suo obsequiosè colendo,

*Publico & Solenni examini*

*ad diem 30 Augusti horis locòq;  
solitis subjicit*

GREGORIUS BICCIUS BUDISSINUS.



ARGENTORATI,

EXCUDEBAT PAULUS LEDERTZ,

Anno M. DC. XXVI.

34.

16266.

32/

Liv.